

GRAMMATICAE EXPLICATIONES LATINAE
 CAPITVLVM TERTIVM
 DE VSV ACCVSATIVI

	nomen	pronōmen interrogatīvum	pronōmen relatīvum	pronōmen anaforicum
Nominatīvus	Claudius	quis...?	qui	...
Accusatīvus	Claudium	quem ...?	quem	eum
Genitīvus	Claudiī	cuius...?	cuius	...

	nomen	pronōmen interrogatīvum	pronōmen relatīvum	pronōmen anaforicum
Nominatīvus	Lucretia	quae...?	quae	...
Accusatīvus	Lucretiam	quam ...?	quam	eam
Genitīvus	Lucretiae	cuius...?	cuius	...

Lucretia Claudius



Claudius et Lucretia sunt amīcī. cuius est amīcus Claudius? Claudius amīcus est Lucretiae. cuius amīca est Lucretia? Lucretia amīca est Claudīī.

Claudius, cuius amīca est Lucretia, est puer probus.

Lucretia, cuius amīcus est Claudius, est puella proba.

- quis amat Lucretiam?

- Claudius amat Lucretiam. Claudius amat **eam**. puer, qui Lucretiam amat, est Claudius.

- **quam** Claudius amat?

- puella, **quam** Claudius amat, est Lucretia.

- quae puella amat Claudium?

- Lucretia amat Claudium. Lucretia amat **eum**. puella, quae Claudium amat, est Lucretia.

- **quem** Lucretia amat?

- puer, **quem** Lucretia amat, est Claudius.

Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

GRAMMATICAE EXPLICATIONES LATINAE
CAPITVLVM TERTIVM
DE VSV ACCVSATIVI